

Johann Georg Bittelmaier    Wilhelm Nüssler


**Disputatio Philologica, De Matthia Sorte Ad Apostolatum Electo, Ex Act. I. v. 25.  
26.**

Editio secunda, Wittebergae: Wilckius, 1678

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788772805>

Druck    Freier  Zugang





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn788772805/phys\\_0001](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn788772805/phys_0001)

**DFG**

39

Fa-1092 (39.)

21.22.

2.

35

346.

337.

32.

31.

30.

29.

28.

12.

11.

10.

9.

24.


15.

16.

17.

8.2.

7.



MA  
TE

CON

M. J. C.

1788

XVI.

Q. D. B. V.

DISPUTATIO PHILOLOGICA,  
DE

MATTHIA SORTI  
TE AD APOSTOLATUM  
ELECTO,

EX

Act. I. v. 25. 26.

QVAM

CONSENSU INCLUTÆ FACULTATIS PHILOSOPHICÆ

In Almâ VVittebergenſi

SUBPRÆSIDIO

M. JOHANNIS GEORGII BIT-  
TELMAIERI,

LINDAVIENSIS,


*Publico Examini submittit*

GULIELMUS Nüßler/

Ulmensis.

ANNO M DC LXXIIIX.

*Editio secunda.*




WITTEBERGÆ,

Literis JOHANNIS WILCKII.

DISPUTATIO PHILOLOGICA  
DE

MATTHIAS  
TAD APOSTOLA  
TUM ELECTO



CONSENSU RECTORIS ET SENATUS

M. JOHANNES DE ORGIBIT

TELMAYERI

GUILIELMUS PAPPUS

Litonia  
Anno MDC LXXIII  
Paviae



PITZERUS  
Lucus JOHANNIS WILCKI



Σὺν θιῶ!

**I**nter faustissimos Diem, qui Matthiae Apostolo sacer est, ob res sui ævi feliciter gestas semper prædicavit Imperator Carolus V., ut qui hoc ipso die Gandavi lucem vidit, hoc ipso die ad Imperium euectus est, hoc ipso die Ticini contra Franciscum I. Galliarum Regem palmam reportavit, hoc ipso die Mauritium Saxoniarum Ducem salutavit Imperii Electorem, tandem hoc ipso etiam die Fasces Ferdinando Fratri resignavit: quorum ruminatio licet nec nobis nefastum reddat hunc Matthiae diem, ipsius tamen Apostoli divina per sortem Electio, & augusta ad Apostolatam Coronatio longè augustiorem sacratioremque canunt. Operæ itaque pretium facturos nos esse speramus, si pro ingenii nostri modulo hanc aliàs abstrusam ac difficilem materiam in apricum producamus, memores πολυβρυχῆ ἡγῆς illius: δύσκολα κατὰ καλὰ. Faxit Deus, ut id fiat feliciter!

§. 1. Quamvis ex nominibus ad rei perceptionem adspicimus, teste Scalig. *Exercit. 1. Sect. 1.*, ad evitandam tamen prolixitatem ad rem ipsam statim nos accingimus, monentes saltem, Matthiae nomen originem sapere Hebraeam, cumque officio ipsius sublimi optimè convenire: מַתְּנָה enim idem quod donum Dei, voce composita ex nomine מַתְּנָה donum, & מַתְּנָה Deus, quod à Deo datus: quod sic Baptista Mantuanus *Lib. II. Fast. T. I.*

*Matthia Donate Deo: Sic namque latino*

*Diceris eloquio, lingua Theodorus Achivâ.*

§. 2. De ipsius Familiâ pauca Posteritati relicta invenimus, nisi quorum meminit Abdias, *Auctor vitarum Apostolorum XII.* nobili ipsum familiâ de tribu Juda claris Parentibus in Bethle-

hæm

hæm



hunc autem, Simeone Sene Præceptore usum, & in Lege divina  
e grece uisissimum fuisse. Verum lubrica hæc omnia : Taceo. quòd  
Augustinus *Lib. XXII. contra Faust.* Historias illas Abdiam num-  
quam esse ab Ecclesiâ receptas censeat, & hunc Abdiam esse illum,  
quem Manichæi pro verâ Apostolorum Historiâ supposuerint :  
unde etiam Sulpicius ; *Abdias*, inquit, *Babylonicus & Apocryphus*  
*& nullius fidei.* Plura de illo apud Gerhard. *Conf. Cathol. Tom. I.*  
*Lib. I. Part. 2. Rivet. Crit. Sac. Voss de Histor. Grec. Lib. 2.*

§ 3. Pauca ergo, & tantum conjecturis innixa, de Matthiæ  
Vitâ ante Apostolatam susceptam habemus : Cornelius à Lapi-  
da quòdam de Clemente Alexandrino scribit, quòd statuerit Mat-  
thiam hunc fuisse Zacchæum Publicanum, de quo *Luc. 19.* Hinc  
anxiè disquirunt Cornelius, an fuerit Zacchæus Gentilis? Judæis  
enim infame erat hoc nomen & officium : Christi autem, ait,  
Apostoli omnes Judæi fuere, nulli Gentiles, juxta *Tertull. Lib. II.*  
*contra Marcian. Cap. 37. Cyprian. Epist. 6. ad Cæciliam, Ambros. &*  
*Bedæ in cap. 19. Luc.* Concludit de in Cornelius, etiam Matthæum,  
& illum *Luc. 18.* fuisse Publicanos, indeq; convinci posse, aliquos  
ex Judæis fuisse Publicanos; quia Zacchæum fuisse Judæum etiâ  
censereut *Euthym. Lyran.* Id verò tandem sententiæ illi obstare,  
censet Cornelius, quòd Clemens Romanus *Lib. 1. & 3. Recogn.* as-  
serat, Zacchæum à S. Petro ordinatum Episcopum Cæsareæ Pales-  
stinæ; quòd si verum, liquere eum non fuisse Apostolum, multo  
minus Matthiam.

§ 4. Verum quòd attinet Clementem Alexandrinum,,  
non asserit Matthiam hunc fuisse eundem cum Zacchæo. Verba  
ejus, ad quæ respicit Cornelius sunt *Lib. IV. Στραματλων p. 209.*  
*Ζαχαριον τινον, ει δε Μαθησιας φασιν, Αρχιτενω ω, ακη-  
κοσα τα κυριου καταζωωσαντ & προς αυτον γενεσθ, ι δα τα ημιση  
των ισα ερχοτων μου διδωσι ελεημοσηνη, Οαιαν κυριε &c.* Sen-  
sus Clementis est, verba illa, quæ *Luc. 19.* à Zacchæo ad Christum.  
dicta perhibentur à Luca, ab aliis tribui Matthiæ, tanquam ab  
hoc essent pronunciata: Unde adhuc diversi manent Zacchæus &  
Matthias, etiam ex mente Clementis.

§ 5. Verisimilius est, quòd Eusebius *Lib. I. Hist. Eccles. tra-*  
*dit, fuisse Matthiam è numero 70. Discipulorum,* quos Christus  
ante

ante se ablegasse fertur in totam Judæam: vid. Luc. 10. Adstipulantur Sophronius, & Epiphanius Lib. I. Tom. I. Heres. 20. Post Ascensionem verò Christi in Cælos ab Undecim Apostolis Judæa Proditori in Apostolatu sorte est surrogatus, de quo Act. 1. v. 26.

§. 6. Causa erat Judæa, Proditoris Domini sceleratissimæ ὁδοῦ βασιλεῖς, de qua vers. 25. ὁ ἄνθρωπος (ἀποστολῆς intellige) παρεβή τῆς ὁδοῦ πορεύσασθαι εἰς τὸν τόπον τὸν ἰδίον. Vulgatus, de quo prævaricatus est Judas. Erasmus, unde prævaricatus excidit. Cum Erasmo faciunt Pagninus & Tigurini. Sensus est: Ex quo per prævaricationem (puta Proditionem, Desperationem, & sui Strangulationem) excidit. Beza, aberravit. Ludov. de Dieu mavult, recessit, quia & Syrus sic vertit, & Hellenistæ utuntur hoc verbo pro Hebr. חָדַד Exod. 32. 8. Deut. 9. 12. 16. Alii Syrum vertunt, a quo separavit se, quia vocatio nostra & status quasi via est & stadium, in quo rectè decurrendum est ad metam, ut brabeum cœlestis gloriæ obtineas: At errant, qui in avia tendunt, alioq; flectunt cursum, unde cum Judæa ἐπορεύθησας εἰς τὸν τόπον τὸν ἰδίον.

§. 7. Quem locum verò ejusq; significatum varii varietate exponunt. Oecumenius ait: abiit in locum se dignum, puta in laqueum, quem sibi nexuit: aut infernum, de quo Justin. Mart. quest. 75. post egressum, inquit, ἐκ τοῦ σώματος, εὐδὺς γίνεσθαι τῶν δαιμόνων καὶ ἀδίκων ἡδισταθῆναι, ibidemq; vocat receptacula amborum, tam beatorum quàm damnatorum ὁμοίως τόπος digna loca. Macarij, Egypt. hom. 22. de damnatorum morientium animab; dicit: eas suscipi à choris dæmonum, & portari εἰς τὸν ἰδίον μέγος: quod desumptum ab illo arbitror ex Matth. XXIV. 51. nec incommodè cum locò nostrò conferri potest. Subtiliter Bernhardus in Psalm. 90. Serm. 8. in locum suum, id est, inquit, ut suspensus in aère creparet aëriarum Collega Potestatum, utpote quem veri DEI & veri pariter Hominis, qui de Cælo venisset operaturus salutem in medio Terra, hujus inquam Proditionem, nec Cælum reciperet, nec Terra sustineret. Præzeus Comment. in b. l. vocat Euphemismum. Heinsius per suam Hellenisticam confundit omnia, propriumq; locum interpretatur sepulchrum: Ex Matth. enim 27. constat, Judam retulisse 30. Argentos Proditionis, pretium ad Principes Sacerdotum, qui iis com-

paratunt Agrum Figuli; hinc ipse Judas dicitur ex mercede iniquitatis acquisivisse sibi agrum, cum tamen Judas nec ipse emerit, nec empto agro supervixerit. Quæ ut conciliaret Heinſius cum h. I. *χαριον* exponit de ſepulchro, & quidem de tata Agri vel Terræ parte, quantum occuparet defunctus Judas. Putat enim Heinſius Judam in iſto Agro extinctum eſſe & humatum tanquam *in proprio ſuo loco*. Sed merito Heinſius hic ſtrigilim meruit ab Eruditis, qui *ἴδιον τὸν τόπον* ferè omnes intelligunt de mortis genere.

§. 8. Extincto ſic Juda & ad Orcum miſſo, ſollicitus cum aliis fuit Petrus de Succellore: toti igitur fidelium Cœtui duos ſiſtit Matthiam ac Joſephum; quibus, præmiſſis tamen calidis precibus, dederunt ſortes, ſors verò cecidit ſuper Matthiam: *διδόναι κλήρας* idem ac *τίθειναι κλήρας*. Pagninus *dederunt ſortes*, Tigurini *miferunt ſortes*, Syrus *conjecerunt ſortes*. Antoninus *l. p. Tit. 6.* cenſet fuiſſe radium è Cœlo demiffum in Matthiam: Alii fuiſſe columbam cœlitus delapſam in Matthiam: Non nulli fuiſſe donum Prophetiæ, vel ſapientiæ aspiratum Matthiæ. Verùm hæc nihil commune habent cum ſortibus, ut patet ex ſortium uſu & ratione: nec juvat, ſi quis dicat Apoſtolo: ſignum hoc ex inſtinctu divino præſigniviſſe, aſſerendo; ſuper quem descendet radius, aut Columba è Cœlo, ille DEI judicio erit Apoſtolus. Hujus enim nihil habetur in Textu, & ſi hæc voluiſſent Apoſtoli, longè aliter loquendum fuiſſet Lucæ; in ſorte enim eventus eſt fortuitus & à calu expectatur. Gagneius putat fuiſſe ſcrutinium ſuffragiorum, cui aſſentiuntur Salmeron & Sanchez, quaſi Apoſtoli orarint, ut DEUS illuminaret mentes eorum ac declararet, cui eis vellet ſuum dare ſuffragium. Verùm hæc non fuiſſet ſortitio ſed electio nec ſuper Matthiam cecidiſſet ſors, ſed jure ſuffragiorum fuiſſet electus. Et licet urgeant vocem *συγκαταψηφίσθη* in *verſ. ſubſeq. communibus calculis coopriatus eſt*, tamen nequicquam obtinebunt, uti infra ſatis abundè demonſtrabimus.

§. 9. Quare Sortes propriè dictas intelligere oportet, ut verba ſonant, *καὶ ἔδωκαν κλήρας αὐτῶν, καὶ ἔπεσεν ὁ κλήρῳ ἐπὶ Μαθίαν*. Quum verò apud Veteres variè in uſu fuerint Sortiendi

2.  
35  
346  
337  
33  
3  
32  
39  
31  
30  
29  
28  
12  
11  
2  
24  
15  
16  
17  
8.  
7.

endi modi, certi quid hic nihil definiti potest, & difficillima manet quaestio de sortibus; quas operose tractant Bened. Aretius *Part. I. Probl. Theol. loc. 61.* B. Balduin. *in Casibus Conscientiae p. 814.* Villalpandus *Lib. 1. de Magia Cap. 22.* Amelius *Lib. IV. de Cas. Consc. Cap. 23.* Sors igitur (ut nos, quæ alii fuse tradiderunt, in paucas lineas perspicue contrahamus) saepe ponitur pro Oraculo: in tali sensu accipit Virg. *Lib. 7. Æneid.* cum ita canit:

*Et veteris Fauni volvit sub pectore sortem.*

Ideo Terentius Maurus in *Lib. de metro* sortes prædicat fatidicas. Sic. verò *Lib. II. Cap. 41. de Divinat.* nihil æstimat sortes istas, utpote in quibus Temeritas, & Casus, non Ratio, nec Consilium valet. Cæterum earum Inventorem fuisse tradit Numerium Sufficiu. Conf. Lips. *Lib. 2. Cap. 12. Elector. in Tom. 1. Oper.* Interdum accipitur Sors pro medio dirimendi controversias, ut cum dividuntur Agri sorte, aut bona Hæreditaria inter Hæredes sorte distribuuntur. Conf. Pausaniam *Lib. IV. p. 205.* Plinius *Lib. II. Cap. 7. Natur. Histor.* pro Fortuna usurpat sortem: unde describit, quod Solo illa accusatur, Sola arguatur, Sola cum convitiis colatur, quodque sit volubilis, incerta, inconstans, vaga, varia, indignorum Fautrix; quodque huic omnia ferantur accepta, & in tota ratione mortalium Sola utramque faciat paginam.

§. 10. Distinctius adhuc Nostrates considerant sortes, uti videre est apud Magnif. Dn. D. CALOVIVM, Theologorum Aquilam, Patronum, atque Gamalielelem omni observantiæ cultu ætatem prosequendum, qui in *Bibliis Illustratis Tom. I p. 667. & seqq.* dividit sortes in *Divinas, Humanas, & Magicas;* vel quò recidit aliorum Theologorù divisio, in *Divinatorias, Consultorias, & Divisorias.* *Divinatoria* ad res incertas investigandas illicito modo instituuntur; Hucque referunt quæ plurimas species, utpote *Γαιωμαντιαν*, quæ ex Terræ motibus, Scissura, Tumore, & Crepitu futura prædicebantur: *Ἐρριωμαντιαν*, ex aquæ refluxu & fluxu, Colore & Tempestate: *Ἀερωμαντιαν*, ex nubium Coloribus, aeris Impressionibus, Spectris & Apparitionibus: *Πυρωμαντιαν*, ex quovis igne: *Καπνομαντιαν* è fumo: *Ὀνομαντιαν* ex nominibus Propriis: *Ἀριθμομαντιαν*, ex numeris literarum *Ἐπιχρωμαντιαν*, è vcr-

è verbis sacris profanisve: Κατοπτρομαντεία, ex speculis:  
 \*Κρυσταλλομαντεία, ex crystallis: Δακτυλιομαντεία, ex annulis:  
 Ουχομαντεία, ex unguibus: Οισιρομαντεία, ex somniis: Ορπι-  
 θομαντεία, ex Avium volatu: Ίχθυομαντεία, ex dissectorum Pi-  
 scium consideratione: Ανθρωπομαντεία, ex Viscerum humano-  
 rum inspectione: Ομομαντεία, ex vino consecrato: Λιβαν-  
 ομαντεία, ex incenso thure: Κωσκινομαντεία, ex cribro: Τεφερα-  
 ομαντεία, ex cineribus: Βοτανομαντεία, ex salvia præsertim fo-  
 liis: Κερμαντεία, ex diversis formis ceræ colliquescentis & in  
 subjectam aquam destillantis. Imprimis verò mentio injicien-  
 da est Κληρομαντείας in specie sic dictæ, quæ tessellis talisque  
 jactatis sortes captabantur, quibus characteres incisi erant. Hæ  
 & multæ aliæ species spectant ad divinatorias, de quibus Peuze-  
 rus in *Comment. de Divin. p. 157. & seqq.* Bodin. *Lib. 2. de Demo-  
 num.* & supra citati Authores. *Consultorias* vocant Theologi sor-  
 tes, ubi horum Controversia, qui æquali jure nituntur, sorte  
 dirimitur: Ita sorte eligebarur hircus piacularis *Levit. 16.* Sor-  
 teque Saul Rex declarabatur *1. Sam. 10.* Super sunt *Divisoria*, in  
 dividendis bonis, aut in assignandis officiis inter plures tempo-  
 ribus crebrò adhiberi solitæ; sic sorte divisa est Terra Canaan  
*Dent. 1.* Sic Sacerdotes etiam Sorte ad officia divisi *1. Paral. 24.*

§. II. Quæritur jam ad quamnam speciem inter hæc  
 numeranda sit Sortitio Matthiæ? Verùm si rem penitus inspi-  
 ciamus, in primo statim limine apparet, divinatoriam Gentili-  
 bus Originem debere, & diabolicum verè inventum fuisse, quæ  
 cum Apostolorum ne hili quidem commune habeat, ut qui  
 communibus Deum precibus rogant, ut ipse monstrat eum, quem  
 elegerit. Ubi sanè in Græco vox ἀνδρῶν ἐστίν benè notanda venit,  
 ex quo satis clarè evincitur, primitivam Ecclesiam omnia in hoc  
 negotio commisisse DEO, ejusque Providentiæ. Spectat ergò  
 ad unam posteriorum sortium speciem: non quidem ad divisio-  
 riam, quæ saltem vel in hæreditatibus, vel in officiis jam assi-  
 gnatis locum invenit: merito igitur jure consultoriam voca-  
 mus, quia extra omne dubium Matthias atque Josephus doti-  
 bus fuere pares, & uterq; dignus hominum credebatur judicio  
 Apostolatus munere. Quem verò modum sortiendi secuti sint  
 Aposto-

Apostoli, planè incertum manet. *Lorinus & Mariana* censens nomen Matthiæ uni chartæ, nomen Josephi alteri fuisse inscriptum, itaque utrumque injectum in urnam, ibique commistum, ut, cujus primò educeretur, is esset Apostolus, ac primò eductum esse nomen Matthiæ. Verùm tacente Scripturâ & nos ἐπέχειν eligimus, cum sciamus multivarias tunc sortiendi fuisse rationes: Nam juxta *Prov. 16.* in sinum coniciebantur chartulæ, tessera, globuli, aut lapilli; apud *Homerum Iliad. η.* in galeam; apud *Plautum. in Casina* in situlam; apud *Cicer. lib. 4. in Verrem* in hydriam; apud *Virgil. Æneid. 6.* in urnam. Nihilominus tamen certum est, DEUM dirigendo sortem declarasse Matthiam.

§. 12. Quod verò Apostoli absque peccato adhibuerint Sortilegium, pluribus dici posset contra Thomam 2. 999. *Art. 8.* & ex quibus hic desumpsit, Hieronymo, Chryso- stomo, & Beda, qui existimant, Apostolos adhuc rudes & inex- perios id fecisse ex consuetudine Patrum Veteris Testamenti, antequam recepissent Spiritum Sanctum. Sed sufficiant nobis jam illa D. Waltheri in *Harm. Bibl. p. 999.* ubi nervosè ait, *usq; sunt hac vice Apostoli sorte, quâ deinceps usi non leguntur, quia hæc præfens vocatio non debebat simpliciter esse mediata, sed Apo- stolica: ideoq; temerè ad sortilegium non proruperunt.* Nec pu- randum ob Consanguinitatem tantùm DEUM in Apostolatu prætulisse Matthiam extraneum Josepho: hunc enim multi narrant fuisse Fratrem Jacobi Minoris, Simonis, & Judæ, Apo- stolorum, ac Filium Alphæi & Mariæ, à juramento Barfabam, ab insigni verò ejus Justitia & Sanctitate Justum cognominatum; Christum igitur rejecisse, tum ne tot Cognatos suos videretur præferre exteris, tum ne quatuor fratres simul essent in Col- legio duodecim Apostolorum. Verùm plures hicce deprehen- dimus subtilitates, pauciores interim Veritates: DEUM solum Καρδιογνώστην agnoscimus, qui etiam solus eum, quem voluit ostendere potuit, qui erat Matthias, quem sorte declaravit. Decla- ratum verò Undecim receperunt; quod Lucas satis emphaticè his quoque verbis expressit: καὶ συγκατέψηφίσθη μετὰ τῶν ἑν- δεκά Ἀποστόλων.

§. 13. Vulgatus verit, *Annuneratorus est*. Erasmus, *coo-  
pratus*: Quod probat etiam Laur Valla, & exponit *per suffragia  
electus est*. Hicce aditipulantur Varabius & Pagninus, reddentes  
*suffragiis additus est ad numerum undecim Apostolorum*: Verum  
magis placet, & veritati etiam propius accedit brevis aliorum  
interpretatio, quibus *δοξασι εν Διο* idem, q. d. omnes sor-  
tem divinam: ac per eam electione Matthia consona voce lauda-  
runt & comprobant. Quomodo enim dici posset per suf-  
fragia electus, quem fors Apostolum fecit? Probe ergo anno-  
randa venit particula *σν* in composito: Describitur enim hic  
loci sortitum eventus, qui fuit comprobatus communibus cal-  
culis; quasi dicatur, sortem divinam, qua cecidit super Matthi-  
am, eumque designavit Apostolum, omnes suffragati sunt, &  
in ea acquieverunt, quia *Dominus*, ut ipse loquitur *D. Wil-  
helmus 1. r.* eum elegerat, & per sortilegium illud tantum fie-  
bat electionis illius declaratio. Itaque etiam Matthiam liben-  
ter susceperunt reliqui Undecim in numerum Apostolorum,  
& pro Collega agnoverunt & habuerunt.

§. 14. Hactenus jam Matthiam eligendum consideravi-  
mus, non inuile vero, quin & necessarium erit, pauca effari de  
electo & Apostolo, quem Titulum cum reliquis communem ha-  
bebat, ut qui etiam Christum in carne viderat, immediate ab  
eo vocatus erat, Festo Pentecostes admiranda cum ceteris Spi-  
ritus Sancti dona acceperat, mittebaturque universum in Or-  
bem; Unde eleganter interpres Arabs *مردس* quasi mis-  
sum vocat, quod alii, sed frivole ab *מרי* candidum esse iudicata  
Hebrais Syrisq; significatione deductum volunt, quasi catridis  
vestibus induti fuerunt Apostoli; melius derivatur ab *מרי* iudicato  
Ethiopicibus verbo pro *propus* *Dei, ire, proficisci*: quia munus  
Apostolorum ferebat, nusquam sedem figere, sed quaqua: ver-  
sum proficisci.

§. 15. Quo vero in loco predicarit hic noster Matthias, pa-  
rum constare certis & genuinis Scriptoribus: Et quum divisio-  
nem Apostolorum in Orbem Terrarum statuunt Eruditi, *Hie-  
ronymus in Catalogo* predicalle scribit in *Aethiopia*, alii in *Ju-  
dea*





namenta esse, licet ficta, crederentur. Hinc Irenaeus *adversus Haeres. Lib. I.* refert, quòd Discipuli Simonis Magi inenarrabilem multitudinem Apocryphorum & Scripturarum, quas ipsi finxerant, protulerint ad stuporem insensatorum, & qui sint Veritatis non scientium literas. Nec meliorem merentur calculum Canones Apostolorum, quanquam à Pontificiis maximi astitentur: si enim tantum numerum aspiciamus, statim se produnt, dum alii quinquaginta, alii sexaginta, alii octoginta quinque supputent, de quarum suspectâ fide conf. Isidor. *dist. 16. D. MEISNERUM, de Legibus Lib. IV. sect. 2.*

§. 18. In specie de Matthia ejusq; doctrina quaedam meminit Clemens Alexandrinus *Lib. 3. σημειωμ. p. m. 87.* ubi tria Axiomata Matthiae Apostolo adscribit. Primum est: *σπερ κὶ ἄλλ' ἄμαρτ' ἔχει καὶ ὁ ἄδικος, μὴ ἐν αὐτῇ πρὸς ἡδονὴν ἀκολασσον ἐστι δὲ ὄνησις.* Quibus verbis non ad lasciviam provocabat Matthias, sed ad continentiam adhortabatur, ut quisq; carnem suam ac libidinem domaret, nec indulgeret Voluptatibus Corporis. Hoc dicitur Nicolaus, qui *Act. 6. 5.* electus creditur Diaconus, ingeminavit, de quo idem Clemens *Lib. 2. σημειωμ. p. m. 177.* δεινὸν ὡς ἄδικον εἶναι: quo pessime abusi sunt, qui ejus volebant audiri discipuli, Nicolaitae dicti *Apoc. 2. 6. 15.* qui promiscuam libidinem exercebant. Ita enim scribit Clemens *l. c. ἀλλ' ὁ ἄλλ' ἄμαρτ' ἔχει καὶ ὁ ἄδικος, μὴ ἐν αὐτῇ πρὸς ἡδονὴν ἀκολασσον ἐστι δὲ ὄνησις: καὶ τῇ ἀσκήσει τῆς κατὰ μαρτυρίαν τῆς σαρκὸς ὁρμῆς τῆς καὶ ἀπειθείας. οἱ δὲ, εἰς ἡδονὴν τράγων δίκης ἐκχυθέντες, οἷον ἐφουβρίζοντες τῷ σώματι καὶ ἐνδοπιεῶσιν.* Ille quidem generosus (Nicolaus) significabat, oportere voluptates atq; libidinem retundere, & hac exercitatione Carnis impetus reprimere: Illi verò (Nicolai Discipuli) in Voluptatishircorum instar effusi, & in Corpus contumeliosi ac probrofi, vitam agunt in luxu ac libidine. Alii tamen aliter de Nicolaitarum Hæresi sentiunt. Πρῶτον eorum ψῦδος volunt, nullas libidines esse damnandas: & in defectu & post in excessu Nicolaum ob Zelotypiam errasse docent Patres, vid. Epiph.

phan. *Lib. I.* Ignatius impuros Nicolaitas appellat *Φιληδόνες και αποφάντας*, item *Φλορεϊ της οικείας σαρκος*. Nefas verò sit talia Matthiæ tribuere nefanda, aliudq; monstrant ipsius *Gnomæ*.

§. 19. Quarum secunda erat: *ψυχὴν ἢ αὐξεν διὰ πίστεως και γνώσεως*, Uti enim carnem domandam iusserat, ita & animum exerceri voluit per fidem & cognitionem. Ultima tandem Concionum suarum particula traditur hæc: *Θάυμασον τὰ παρόντα· βαθυὸν τῶτον πρῶτον τῆς ἐπέκεινα γνώσεως ὑπολήμεν*. Admirare præsentia: primum hunc gradum ulterioris cognitionis constituens. *Ὅτι εἰ ἀκλυτεύγειται ἀμαρτήση, ἡμαρτεν ἰεκλυτός· εἰ γὰρ ἔστως ἑαυτὸν ἦγεν ως ὁ λόγος ὑπογορεύει, κατηδέθη ἀν' αὐτὸ τὸν βίον και ὁ γείτων εἰς τὰ μὴ ἀμαρτεῖν*. Si peccat Electi vicinus, ipse electus peccat: Nam si se ita gessisset, ut jubet verbum vel ratio, ejus vitam ita vicinus esset reveritus, ut non peccasset: Egregia sanè Vita, optimè cum doctrina quadrans! Voluit enim Matthias, ut admiraremur Opera DEI visibilia, & ex illis ad invisibilia & cœlestia ascendamus: Voluit quoq; Sanctam ac innocentem agere Vitam, ut eo præsentem omnes ad modestiam se componerent. De hisce conferatur etiam Euseb. *Lib. 3. Hist. Ecclæs.* Injurii ergo sunt Valentiniani, Basilidiani, & Marcionitæ, qui gloriari solebant, se sua didicisse à Matthiæ: Scilicet hoc mendacio palliare & commendare voluerunt suam impietatem. Quin & Evangelium olim extitit sub nomine Matthiæ, cujus meminit Euseb. *l. c.* & ab hæreticis productum asserit, Origenes *homil. in Lucam* memorat, & rejicit etiam. Ambrosius *Comment. in Luc.* meminit, & rejicit.

§. 20. Sicut verò de Matthiæ nostri Vitæ Curriculo, ita & de ejusdem fatali Periodo discrepantes omninò Scriptorum inveniuntur sententiæ. *Dorotheus* ipsum Barbaris & carnivoris Populis, Evangelium prædicasse, & in Sebastopoli prope Templum Solis sepultum esse commemorat. Si *Abdia* credere fas est, peragratis præcipuis Palestinæ Gentibus Anno post

post Christi Ascensionem 13. in Giscala Galilææ Urbe captus,  
& Hierosolymam ad Ananiam Pontificem adductus est:  
Cumq; ipsi Christianisnum ex probaret Pontifex; *Christia-  
num non criminis, sed Gloria esse*, Matthias respondit: Rege-  
renti verò ut Christum abnegaret, masculè restitit, ac propter  
ea jussu Ananiæ in Bethlaskila invictâ animi constantiâ truci-  
datus est. Alii ipsum lapidatum defendunt: nonnulli in  
Præfecti Romanorum gratiam securi percussus, & à Discipu-  
lis suis Terræ mandatum esse: Quidam crucifixum volunt, &  
in Cruce lapidibus enecatam.

§. 21. Quicquid sit, Cornelius à Lapide se admodum fe-  
licem prædicat, quod vidisset summâ cum Veneratione Trevi-  
ris reliquias S. Matthiæ in Ecclesia Cathedrali, cui hos Titulos  
ex Antonino assignari asserit: *Fuit in lege Domini Doctissimus,  
Corpore Mundus, animo prudens, in solvendis questionibus S.  
Scriptura acutus, in Consilio providus, in Sermocinatione expe-  
ditus, multorum signorum Patrator, extensis in Cælum manibus  
Martyr spiritum DEO reddidit.* Sic disceptare gaudent inter  
se Authores de Corpore Matthiæ: Treviros vero venisse nunc  
crediderint, si omnes Claustrorum Gregis vel unicum de reli-  
quiis adorandis firmum demonstrabunt Argumentum. Et Tan-  
tum de Matthiæ tentavit Juvenilis Conatus: Sed quoniam in  
ætatem hanc non cadit exquisita Scientia, cadit tamen Labor,  
nô Eruditio, sed Industria, ideoq; oro, obtestorq; ut tantisper,  
dum hæc legis L.B. eruditus esse desinas, scientiam deponas,  
& benevolentiam in duas. Supplebis id quod de est,  
excusabis illud quod adest.

**FELICITER!**

Ad Dn.

Ad DN.  
M. JOHANNEM GEORGIUM  
BITTELMAIERUM, Lindaviensem,


*Optimis Literis & Linguarum peritia  
apprimè florentem*

CONRAD SAMUEL SCHURZFLEISCH,  
PP. h. t. Ord. Phil. Decanus.


**R**ecte arbitraris de Matthia forte divinitus designato  
scriptitans, Græcas literas, quas in tempore ad Phi-  
losophiam adjunxisti, nunc cum primis honori esse tibi  
atq; ornamento, quum suscipis docendi partes, &  
interpretaris sanctissimum fidei nostræ instrumentum.  
Quam laudem cum auges quotidie haud leviter atq; am-  
plificas, tum usu certe tuo experiris, multum eò pertinere,  
quibus quisq; doctrina subsidiis sit instructus. Nam, me non  
monente, per te ipse hoc intelligis, & vides etiam atq;  
intueris dissimilitudinem operæ, quam in eo capite, ad quod  
disputandum aggredieris, pleriq; collocarunt. CLEMENS  
ALEXANDRINUS solidus est passim atq; admirabilis: BEDA  
contra inelegans, sepeq; jejunus, ac nullo Orationis cultu com-  
mendatus. Uterq; historicus, uterq; in suâ linguâ interpres,  
diverso tamen ingenio, dispari contentione animi, & dis-  
similibus doctrinæ instrumentis. Itaq; te reficit merito &  
delectat recordatio Virorum in Norico Celeberrimorum, qui  
opportunitis monitis animum tuum verè ejus laudis, que ex  
utraq; lingua proficiscitur, cupidum inflammaverunt magis, ac  
in proposito optimo firmissimè constantemq; præstiterunt, eorū  
ma-

magnum studiis tuis emolumentum atq; decus attulerunt.  
Quorum fama predicatore non eget, & tibi duntaxat  
est honorificum, eos nominari, ut omnes sciant,  
quos in omni vita quotidianisq; sermonibus colere gra-  
tus sanè discipulus velis. Equidem haud scio, an pulchrior in  
te virtus enitescat quàm qua ad Praeceptores observandoste  
hortatur, cum quia ea res boni exempli est, tum quia placet  
cordatis viris, qui cū certa constantiq; ratione diligunt suos,  
atq; beneficiis complectuntur. Quapropter honestè existimas,  
non posse te citra probrum oblivisci Reinhardi atq; Dürrii  
Theologorum, Felwingeri, Königs, Sturmii, Wagenfeilii, Ar-  
noldi, Philosophorum & summo ingenio doctrinaq; Virorum,  
quibus plurimum antiquitas ac recondita litera debent.  
Non pigebit te horum memoriam conservare, & honori erit,  
cum ex Saxonia, qua laudi tuae cumulum addit, redux ni-  
hilo minorem fructum referes, ac re ostendes, hic quoq;  
profecisse te in sapientia studiis, versatumq; esse dil genter  
in scholis Professorum, quorum sanè & eximia est gloria,  
& diligentia singularis. Ita te DEUS & animum ad  
litteras amandus propensum servet!
























the scale towards document

☛ ( 27 ) ☚

in contraho vela, & quæ pro ingenii modulo attuli,  
tando dexteritati relinquo. Si non omnia ad omnium  
memores esse velint dicti Talmudici: *Non omnem ho-*  
*mas, nec quoad omnem rem dissensias: Cuiuslibet enim ho-*  
*ra, & cuilibet rei suus locus, sive usus.* Meliora qui-  
d spero æqui consultum iri, quæ potui. DEO T. O. M.  
simâ studiorum meorum in Athæneo hocce directione  
votissimas, humillimè supplicans, ut porrò mihi stu-  
ujicè Ipsius honori dicatis, divinâ suâ gratiâ assi-  
neo benedicere, inconcusam valetudinem conservare,  
propensos facilesque largiri, Patronosque beneficos,  
osis difficultatibus Musas meas eripiant, excitare velit,  
is sui gloriam, Deus mi, in Te confido, adjutor meus  
inquas aut despicias me, Deus salutis meæ, exaudime  
icum Tuum Filium JESUM CHRISTUM, meum & Sal-  
vareorem & Servatorem, Amen!

*fecit socios natura: sed illos  
ne Domini contaminetur amor  
vino servos adamare priori:  
ntinum servo dulce piumque sequi.*

uisse Autorem Disputationis, non solum ob pietatem  
& singularem in studiis diligentiam, sed etiam ob  
pacis, quod Apostolo præeunte commendat, studium  
mihi perquam charum, Deo cumprimis atque hinc  
etiam Bonis quibuscunq; enixè commendat

SAMUEL SCHELGUIGIUS, D.  
Disputationis Præses.

THOMAS WILLER,

*ἀναρχαματικῶς*

ILLE TUUS AMOR.

in mundo veræ pacis studiosus  
cum quolibet, *ast si fieri potis est.*  
hoc observandum cum pax ineunda  
formis verbo Numinis ut sit; opus.

D 2

Hoc